



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

In Nvptiis Nicolai Lvdovisii, Et Constantiae Pamphillae, Principum
Romanorum, acrostichon. Ode XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

IN Nuptiis NICOLAI LUDOVISII,
ET CONSTANTIAE PAMPHILIAE,

Principum Romanorum, acrostichon.

O D E X I.

Nobiles effer super astra mecum
Inlyti r̄das paris, ô Thalia,
Cantibus, quales tenuare Lesbis
Optet amica.

Luce quid festâ potius Diones
Apparem neruis? agè, dic remistâ
Voce sponsorum thalamos potentum, &

Sidus Oliuae:

(Lenta nam Graio tibi fonte nomen
Virga deduxit, sociusquè lectus)
Docta Phœbæo celebrare utramque

Omine pacem.

Virginem castam priùs, àn mariti
Integros mores memorem, àn Columbæ
Simplicis ramum, dubito, àn vetantes

Impia clathros.

Virgo Romani sacra cura patris
Sistitur nostræ pudibunda Musæ,
Et premit matrem, velut agna matris

Tuta sub umbrâ.

Claustra natuæ, noua nupta, portæ
Ostijs mura patulis marici:
Non tibi Vestæ focus, aut Dianæ

Sacra vaporant.

Te decet flauo cohibere velo

Aureos (longè pudor esto) crines,
Nec moræ zonam, nec amica ferre

Tegmina zonæ.

Iam sinu cœtae medio parentis

Abstrahet fictam iuuenis Sabinam.

Paræ

Parce luctari nimium iocoſo

Aspera ludo.

Mitis augusti penetrale ſponsi

Protinus queras, ſubeaſquè linen,

Hybla quod florens, & odora circum

India repit.

Lacteum prædam generofus heros

Iam tenet, blandum Ionis ut volucrem

Armiger, pulsante modos Camenâ

Pectine tales:

Romuli ciues Venerisquè magni,

Inuicem labris ſociate labra;

Nubiles nectit Dea ſic palumbes

Cypris ab ore.

Itē vōs extrā pueri & puellæ,

Per foreſ clamor reſonet Thalafium,

Exigit cunctos Hymenæus ardor

Solis ad ortum,

At dies: intrò pueri & puellæ,

Coniuges lautâ reparatæ cœnâ:

Stabit hac, nono redeunte mense,

Paruulus aulâ,

Otium fesso puer ille mundo;

Nectar antiquum referatque Tybri;

Sic suam donat face LVDOVIS I

Innuba Pallas.

AD GASPAR E M D E G U Z M A N , COMITEM OLIVARIS ,

Cum ipſe Marrisi h oſp e ſ u m illi Eſcuriale d e d i c a r e .

O D E X I L

Q Vid Gallus exors, aut Batanus male

Fretus Britanno, Suecus & impiger

Belli, Palatinæquè turmæ

Clasie parent ſubitæ remittas.

G v z

Præfatio